



Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Dominica Tertia Post Pascha. Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Joan. 16. Argumentum. Deus adeo fervens est & diligens, ut nec momentum expectet dum nobis benefacere vult, ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

Hugo de S.
Charo in
cap. 7.
Apoc. fol.
388 col. 3.
B.
Dionys.
Carthuf.
ibidem fol.
138. art. 8.

barum clangorem qualibet tribus per ostium suum ingrediebatur, ac ab Angelo, qui eam expectabat admittebatur. Per unicum solum, cui inscriptum erat tribus Dan nemo, in quod, summo opere demeritus est sanctus Evangelista, intravit. Hugo à sancto Charo ex tribu Dan Antichristum, qui jumentorum, quæ mundus habet, vel habere poterit, pellamur citi, nasciturum respondet. Dan hic non ponitur, ut ostendatur quod ex numero signatorum excludatur Antichristus, qui ex ista tribu est nasciturus. Ergo cur & ei sua porta civitatis paradisi aperta sit, & Angelus in ea stet, qui illum promptus expectet? Et cum ei sint insculpta hæc verba tribus Dan, nemo nisi Antichristus per eam

intrare debet. Et si Deus vidit, & adhibet videt Antichristum non intratum, hæc indoluit mihi frustrane videntur. Sed esto: nam talis pastor, quod si hoc fecerit jumentum Antichristus ovile salutis ingredi velit, ei portam pate, eique assignatum esse Angelum, qui eam recipiat, demonstrare voluit. *Fit innumera Dominus nulli gratia sua adminicula denegare, ut non ad caelestem patriam facere possit. Nos interim tam dignum venientem pastorem, ejus benignam vocem, qua à malo fugiendo, & ad bonum amplectendum hortatur diceas, decina à malo, & fac bonum audiamus. Et sic in pace.*

DOMINICA TERTIA
POST PASCHA.

Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.
Joann. 16.

ARGUMENTUM.

Deus adeo fervens est & diligens, ut nec momentum expectet dum nobis nefacere vult, contra nos desides sumus in ejus servitio, cum tamen ferventes esse deberemus.

Num actiones, quæ citius, vel illa quæ lentius complentur, laudabiliores sint, resolvere nescio. Pede incedere plumbeo signum esse prudentiæ extra dubium est. Hinc hoc fuit monitum: *Festina lente*. Ubi contra currere instat furiarum, nec tempus permittere temporis, est se obijcere periculo manifesto præcipitiorum, & pro partu abortum edere juxta illud: *Cervix festinans cecos parit cubulos* Per Græcorum etiam ora hoc dictum *diu delibera*, volavit. De die in diem dilationem producere esse ventum magis propitium, quem possit habere actiones ut perficiantur, nonnulli censent. *Sat cito, si sat bene*. Plantæ, quæ subito exoriuntur parum durant. Elephas, qui tardè nascitur, ducentis annis vivit, & partus perfectissimus omnium, quos feræ producunt, est. Apelles pictoris gloriantis de celeritate loquendo: *Hanc modo pinxi*, rememorat his verbis, *Etiam si tacuisset, res ipsa loqueretur, quod cum ex tempore subito pinxeris, compescuit*. Acetabulum Agatarchi festinationem in pingendo non probavit, dicens: *Ea quæ cito fiunt, cito perant*. Hi lentè, ac maturo consilio gradati, esse modicum optimum perducendi opera ad perfectionem, & stabilitatem judicant.

2. Alii ex adverso negotia in longum protrahere tempus, nil aliud esse, quam ea ex prompto præcipitio, ac ruina censent. Ut clavus rotundus, non debet expectari ejus insinuatione. Cervicatura ignea, nativæ curaliquid adhaeret terrenæ.

Arist. Lib. 9. cap. 46.

cedit. In omni professione temperamentum, biliosum phlegmatico praefertur. Melioris fore esse complexionis, qui nascuntur sub Mercurio, quam Saturno. *Mora damnoſa eſt canit* Poeta. Medicus, qui medelam dilert, morbo viſus addit, ut robur patienti adimat, & neci tradat. *Ad quoniam hora brevis ſuſpendenda eſt, vel periculolum in ſalutis negotio dilationem eſſe affirmat* Orator ex quo veritas illius Emblematis: *Nequam procreandum educitur. Et ratio, ut aituram Herodotus, eſt, qui ſemper differens eſt, damnari luſtatur.* Hinc nos monet Democritus. *Cautionem omnes actiones imperſectus reddere.* Hannibal ſi ſubito urbem Sagontinam traſſiſſet, non fuiſſet illuſus: Idcirco Julius Caſar dicere ſolebat. *Ad magna perfeſcenda plurimum habet momenti celeritas.* Et Fatuace devictus, & hoſtibus ſeparatis, ad amicos ſuos, qui in patria ſtantibus ſuccellus mire audire optabant, ut ſi in puncto viſſet, vidiffet, viciffet, juxta Homerum: *Simul d' eſtam, & factum veni, vidi, ois, ſcapſi.*

3. Sed nulli magis, quam amanti ſenſum lacrimarum, ac calcaribus urgere ſollicitudinem convenit. Hinc, ut velocitas in actionibus denotatur, amor alatus depingitur. Et de Spiritu ſancto, qui eſt nexus amoris inter Patrem, & Filium, dicit Chryſoſtomus: *Neſci tarda molimina prima Spiritus Sancti.* Et noſter gratioſiſſimus Redemptor, qui tam tenero ſuos dilexit Apoſtolo, in diſceſſu ſuo non abſtuturum, ſed quantum ſolandis reverſurum, ac reſiſtutum ſignificavit. *Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Ita, quia amor non ſubſtat moras, ut in praefati diſcurſu videbimus.

PARS PRIMA.

Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.

Quod hodie poſſum facere, fruſtra diſſerō in craſſinum. Opus quod poſſum abſolvere unico die, illi imprudenter impendo ſepſimanam, vel menſem. Nauta, qui quam cito poſſibile eſt maritima vult perfeſcere itinera, ſi remora ſufficiant, adhaeret & vela. Sol quotidie ſuos laucidos theſaurus terrae communicare non poſſet, niſi velut Gigas ab occaſu in orientem careret. Feriſylveſtribus & avibus non eſt melior alius ad vitam ſuſtandam, quam velocitas caſu, vel volatu. Carolus Borbonius geſta-

minibus aulicorum vulgo liberet/ cervum alatum hoc lemmate ſubjecto: *Curſum tendimus alis*, appingi voluit. Docere voluit, ſi ſuum principem ſincerè amarent, eos veloces velut cervos, & velocitati addendas eſſe alas voluit. Felix Princeps Salernitanus, ut demonſtraret ab amore, naturalem proprietatem mutatam, ac è tardo in velocem, ac promptum ſe migraſſe, reſtudinem cum duabus aliis pro ſymbolo hoc lemmate addito: *Amor addit alas*, quod idem eſt, ac *Amor non ſiſtinet moras*, delegit. Angeli Salamandrae divini amoris, non obſtante quod ſint ſubſtantiae ſpirituales, nec ſit medium, quod eorum actionibus obſtet, nec impediatur ab aliqua materia, vel accidente extrinſeco, dum ſatis veloces ſe non cenſent divinis juſtis perfeſcendis motibus ſuis iſtantaneis, aut non iſtantaneis alas addunt.

5. Sed quia mihi fermo eſt de amore, qui eſt ſanctè impatiens, nec tempus vult praebere operationibus, id evidentiã ſcripturae probare, diſſerre nolo. Benigniſſimus Deus populum Hebraeorum liberare, ac è miniſteris calamitoſis Aegypti (ubi dici poſſet cum Jeremia, quod fuerit quaſi in ſervace foras) ad felicitates terrae promiſſionis iſtis promiſſas ducere decrevit. Moyſi ergo, quidquid agendum, ac exactiſſimè obſervandum voluit, declarat. Et primo quaelibet familia ſibi de Agnello tenero ferme annum agente, haud imperſecto provideat, mandat, *Immolabit eum univerſa multitudo filiorum Iſrael.* Has tamen conditiones addit: *Non comedetis ex eo erudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni.* Sed ab Hebraeis conſumendus erat, jure pro guſtu eorum cum coqui Deus permittere debebat. Aliorum mores in veſtitu ſerva, ſed pro guſtu tuo comedet; ulterius addit: *Renes veſtros accingetis.* Nec hoc ſufficit: *Calceamenta habebitis in pedibus.* Et ſi Domice, an adhuc aliud reſtat? Ita. *Tenentes baculos in manibus.* Dein omni celeritate agnellum edi vult. *Et comedetis feſtinantes.* Ego, ad quid tot ritus ſciti velim. Agniculus aſtutus, renes accincti, pedes calceati, baculus in manibus, tam velox comectio, ut unus bolus alteri tempus non concedat. N. Si meum ſenſum appetire debeam, haec omnia eſſe effectus amoris divini, qui eſt impatiens mora credo. Deus populum ſuum ulterius degere ſub duro jugo ſervitutis Aegyptiacae praer impatentia ulterius ſufferre non valuit, & quamlibet horam exilii mille annos putabat, dum ergo ad terram promiſſam

Marcel. de Pfez. 1. fol. 194. col. 1.

Hierem. 11. 4.

Exod. 12. 6

Ibid. 9.

Handwritten notes in the right margin, including the word "liberab" and other illegible characters.

Lyran. ibidem.

fam eos ducere decrevit, omnes actiones accelerari voluit. Agniculus sic affatus, ait Lyranus, non coctus aqua, quia non expediret sic secum affando. *Renes vestros accingetis, ne veltes sint vobis impedimento, sed ad iter parati sitis. Quasi parati, expositio est Abulensis, existentes ad iter, & non iacentes in fratribus, & desiderio quiete magna; calcamenta habebitis in pedibus, ne a petris, vel spinis laedantur, ac vos in itinere detineant. Ita, verba sunt Abulensis, ut significetur in tantum vos velociter velle moveri; sic vobis baculus, qui adgressus accelerandos conducit. Hinc dicit quidam modestus expositor; *Habitus vobis properantium indicitur, vestra festinationis simulacrum, renes accingite, baculos capite, calceos accommodate pedibus properaturis. Sed super omnia comedetis festinanter: Tempus comestione Agni non perdetis; ideo quantum potestis festinate. Hunc amorem Dei, qui non sustinet moras, optime observavit Divus Gregorius Pontifex dicens: Notate charissimi fratres, notate quod di. i. n. r. festinantes, mandata Dei mysteria Redemptoris, calidis patrie gaudia cum festinatione cognoscite, & precepta vite cum festinatione curate.**

Ant. de E/cob. ibid. n. 11. fol. 239. col. 1.

D. Gregor. Tom. 2. in Evang. hom. 22. in cap. 20. Ioann. fol. 279. E.

6. Qui successus in bello contingere solitos scire avert, cum capitaneis loquatur; qui quales sint proprietates amoris, ac qualitates amantium nosse cupit, sponsum, & sponfam adeat, & acta prima qua inter eos acciderunt, capite primo Canticum observet; tanto amore ferebatur sponfa erga sponsum, ut dum experiretur se pra amore deficere, saepius *Amore languo* ingeminauit. Sed quodam die particulariter Angelos ei solanda oculis. Suavissimis ac donariis celestibus, submisit: *Angelos ad eandem Dominum miserat spiritualia dona deferentes: at illa dona, utpote a sponso immediatè non missa, sibi non esse grata ostendere viderit. Ipsa verò, inquit Angelomus, munera non per se vos, sed per ipsum sponsum percipere quarebat. Errat enim ad Angelos legatos subjunxit: oculos me oculo oris sui. Ac, expositio est honoris si dicat internuntius: qui totus per me vos salutavit, qui et secreta per vos mandavit, ipsa veniat, & suo oculo me saluet, & propria ore voluntatem aperiat. Quod ibi loquatur Angelis sponfi absentis res certa est. Nihil feciustamen discursum suum prosequitur dicens: *Quia meliora sunt ubera tua vino, ego Tò tua ad quid referatur, scire exoptem. Non ad Angelos, quia cum essent plures, ubera vestra dicere debuisset. Non ad sponsum, quia cum esset absens debebat dicere, quia ubera eius, vel illius.* Hinc inquit *Ægi-**

Cant. 1. 5.

Angelom. in Bibl. PP. Tom. 9. in cap. 1. Cant. fol. 804. col. 1.

Cant. 1.

Honor. presby. August. in Bibl. PP. Tom. 2. fol. 11. 19.

dius Columna: *Qua primò proferat Dei sua desideria in terra persona, dicens oculos me oculo oris sui, alloquitur deinde in secunda, subditus: Meliora sunt ubera tua vino. Quomodo ergo referendum sponfam his dictis non errasse: patet non non indiget, quia sapienter, ac prodece loquitur. In causam. Sponfos qui tenentur cum amabat, audiens eius vota: *Oculatur me oculo oris sui, qui non sustinet moras movere subito profusus, ac in persona propria cum consolatur creatus fuit. Ac ideo intercursum discursum cum Angelis, cum sponso suo verba fecit, quia accedens iam praesens erat, ac ideo cum eo loquens, dicebat: *Quia meliora sunt ubera tua vino, tua, tuo, dico tibi, o n. i. sponse, qui tempore non indulgens tempus, me solaturus venisti: Meliora sunt ubera tua vino, exponit sanctus Pater Hieronymus; *Subjungit post hoc ad praesentem iam sponsum. Et S. Pater Bernardus; *Interim confabulatus est illa, pariter atque illis, accessit ipse de quo sermo erat. Vnde per Prophetam antequam clameret, ego vocandiam: *Adhuc loquentibus illis dicitur. Ecce adsum. Ita ergo nunc non vocatus ausui, & delictum verbi praevenerit precor. viderit quod interdum me verba expectet, sed solis cogitationibus advenit. Similiter Filius Dei dum discellum suum Discipulis significat se non diu absenturum, sed ab amore cogendum ut brevi eos consolaturus revertetur, promittit. *Modicum, & viderit me.*******

dius Columna: *Qua primò proferat Dei sua desideria in terra persona, dicens oculos me oculo oris sui, alloquitur deinde in secunda, subditus: Meliora sunt ubera tua vino. Quomodo ergo referendum sponfam his dictis non errasse: patet non non indiget, quia sapienter, ac prodece loquitur. In causam. Sponfos qui tenentur cum amabat, audiens eius vota: *Oculatur me oculo oris sui, qui non sustinet moras movere subito profusus, ac in persona propria cum consolatur creatus fuit. Ac ideo intercursum discursum cum Angelis, cum sponso suo verba fecit, quia accedens iam praesens erat, ac ideo cum eo loquens, dicebat: *Quia meliora sunt ubera tua vino, tua, tuo, dico tibi, o n. i. sponse, qui tempore non indulgens tempus, me solaturus venisti: Meliora sunt ubera tua vino, exponit sanctus Pater Hieronymus; *Subjungit post hoc ad praesentem iam sponsum. Et S. Pater Bernardus; *Interim confabulatus est illa, pariter atque illis, accessit ipse de quo sermo erat. Vnde per Prophetam antequam clameret, ego vocandiam: *Adhuc loquentibus illis dicitur. Ecce adsum. Ita ergo nunc non vocatus ausui, & delictum verbi praevenerit precor. viderit quod interdum me verba expectet, sed solis cogitationibus advenit. Similiter Filius Dei dum discellum suum Discipulis significat se non diu absenturum, sed ab amore cogendum ut brevi eos consolaturus revertetur, promittit. *Modicum, & viderit me.*******

7. Hanc proprietatem nostri Dei ipsam parabola filii prodigi, quam Discipulis proposuit declaravit. Hunc juvenem, postquam patris lares deserere decreverat, patrem aduise, cumque sollicitasse, ut hereditatem sibi debitam largiretur, quia vellet vivere iuxta suum beneplacitum, ac eam expendere juxta proprium votum recusat. Pater eum non repellit, sed quod ei debeatur numerat, ac alterum filium etiam ei dandam suam partem contentat. *Dirigit illis substantiam, quia Filius prodigis nomini etiam opera suorum, quia peregre profectus est in regionem longinquam, & pauco tempore, dissipavit substantiam suam. Ad mendicitatem adeo intolerabilem redactus est, ut in agros porcorum immundorum culturae deputatus, pane, ac aliis necessitatibus victu destitueretur, & ad tales terminos redactus sit, quod cupiebat implere ventrem suum de flegas, quas porci manducabant. Demum dum in hanc partem miseriarum se deturbatum, nec praesens suam necessitatis aliquod esse remedium vidit, in meorem reducere commoda, ac splendidiorem vitam servorum in domo patris, oculis lacrimis re-*

mandatis, labrisque suspiria trahentibus dixit: *Quasi mercenarii in domo patris mei abundantant panibus, ego autem hinc fame pereo!* Resolutionem, quam prudentissime concepit, audite. Ad patrem reverenti decessit, & ut oculos in me pietatis conspiceret dignetur, tria observare proposui. Primo me tecum proclamabo: *Pater, peccavi in caelum, & coram te.* Secundo me indignum, qui vocer ejus filius confitebor: *Iam non sum dignus vocari filius tuus.* Et quid evenit propterea rectum adduceret: *Fac me sicut unum de mercenariis tuis;* Pater, qui velut pater eum amabas, & amor est impatiens mora, se continere nequam, nec flammam amoris comprimere valens rogationem filii praevenerit, ac famulis, ut sine mora de omnibus necessariis ei providerent, praecipit: *Cito proferte solum primam, & induite filium, date annulum in manu ejus, calcamenta in pedibus ejus, & adducite vinulum saginatum, & manducemus, & epulemur.* O pater amorose, appropinque amore, quo flagrasti erga filium, ita cum patre dimitti, ut in impatientiam actus tempore non indulgetes, demonstretti hic eum omnibus expostitionibus per patrem illum famulas Deum benignum, ac amorosum, per filium prodigum namque quem nostrum significari volo. Nunc cum sancto Patre Augustino cur filius prodigus: *Non addit, quod in illa meditatione dixerat, hoc est, fac me sicut unum de mercenariis tuis?* Licetitur. Patri familias amati filium prodigum, imo Deo diligenti, qui dum amat creaturas rationales, ut eorum indigentibus succurrat: *Non sustinet moras, causam sollicitus.* Sic Divus Petrus Chrysologus respondet: *Non dixit: unde venisti ubi suscipi ubi sunt quae talis quare tantam gloriam, tanta turpitudine commutasti? tot supplicis tempus falli non vult. Sed cito proferte solum primam & induite illum: videtur quia delicta non videt vis amoris, tandem misericordiam pater respicit.* Procrastinatio generis nostri Deo non convenit, qui discedens a suis discipulis post abitum se non diu emanaturum praestitit. *Motivum, & videbitis me.*

8. Bili actiones nostri Dei humanati ad libellum revoceus, eas quasi ex alis velocitatis prodigiosas ex quo temporis decursu completas reperiuntur: De primo, ac principali opere ad extra verbo aeterno patato, dum in mundum in utero virginico carnem nostram assumpturus descendit, & discendimus. In consistorio Sanctissimae Trinitatis, ad Virginem caelestis nuncios amandatum, qui cum electam in Matrem Dei, esse

nec nisi solum ejus consensum requiri, decreto sancitum fuit. Angelicus patanymphus ut ad eam pervenit, comiter omni cum submissione, nescio, si dicam illam dominam, vel deam his verbis: *Ave gratia plena, salutavit, & dein subiunxit: Dominus tecum;* sed quomodo? forsan per essentiam, per potentiam, per praesentiam, per gratiam? Id ego non nego. Sed cum Deus in aliis creaturis est per modos supradictos, ac in aliis etiam per gratiam, Angelus nil speciale dixisset de Maria; ergo Deum modo specialiori, quam in aliis fuisse in Maria dicere voluit. Hinc ait quidam sacer expostitor: *Dominus tecum, non tantum per essentiam, potentiam, & praesentiam, ut est in omnibus, nec solum per gratiam, ut est in aliis hominibus, sed per carnis assumptionem, quia corpus divinitati unitum, fuit formatum ex Beata Virgine purissimus visceribus, & sanguine.* Nunc, si Deus Angelum velut legatum ad Mariam, Missus est Gabriel Angelus à Deo, destinavit, cur ejus responsum in caelo non expectat? eecur, antequam legatus adfret Mariam, Deus è caelo discedat? quamobrem verbum alas sic implumavit, ut praecurrendo suum mandatam, praevenerit legati adventum ad Mariam? *Dominus tecum. Non de futuro erit, sed de praesenti, est tecum.* Ego Gabrielelem credo consultum, ac stupore suffixum; ac si dixisset: adsum ut tibi verbum esse tecum indicem, sed jam illud me praecurrisse, & esse tecum video, ac invenio. *Quod considerans Angelus non dixit Dominus venit ad te, para ei hospitium, exorna corda tua thalamum, sed ostendens haec omnia parata esse, & Dominum ante ipsum venisse, dixit, Dominus tecum.* Ego nullam aliam causam nisi incarnationem, cum sit opus amoris, nec reditum Angeli, nec aliquam dilationem admisisse adducere possum. *Amer non sustinet moras.* Hinc ait Divus Hieronymus: *Dominus tecum, mira res, & iam cum Virgine erat, qui ad Virginem mittebat Angelum, non praecessit nuntium suum Dominus.* Et Divus Bernardus admirandus. *Quomodo, qui Angelum miserat ad Virginem, ab Angelo inventus est esse cum Virgine?* interrogat. En causam, quae proposito nostro quadrat. *Itaque velocior Angelo fuit Deus, ut festinantem nuncium, celerior ipse praevenerit ad terras.*

9. Praeterea in operibus pro bono particularium personarum factis id videamus. Filium Dei urbi Hiericho approximantem ingens caterva stipabat. Quidam caecus in publica via stipem rogans, tot transeuntes audiens, cum videre non

Luc. 1.
Didacus Stella in cap. 1. Lucae fol. 45. col. 2.
idem ibid. fol. 46. col. 1.
D. Hieron. Tom. 9. Epist. 10. ad Paulam & Eustoch. de Assumptione B. Mariae. fol. 69. B.
D. Bern. super Missus est. hom. 3. fol. 34. col. 1. C.
C 3

Handwritten text on the right page, including the word "Didacus" and other illegible characters.

Lucas
cap. 18.

posset, curiositate motus, quid hoc novi in ur-
be esset, scire volebat. Interrogabat quid hoc es-
set; & responsum tulit; Quod Iesus Nazarenus
transiret, cum ergo benedicta, quae paratam
intellexisset, & largiter omnibus suas gra-
tias dispensare sciret, subito in clamores erupit,
& Dominum, ut sui miseretur, rogavit.
Et clamavit dicens, Iesu fili David miserere mei.
Et non obstante quod a multis acerbis verbis
perstringeretur, ac silentium sibi indiceretur:
Et qui praesentibus, increpabant eum ut taceret, ille
magis vociferari cepit. Ipse vero multo magis cla-
mabat, sed filius Dei, qui ad se humiliter, reve-
reter, & cum fide confugientibus semper pro-
pitius fuit, Quid tibi vis faciam? interrogat: at
respondit, Domine, cæcus non nisi visum flagi-
tat, ego qui nunquam conspexi. Solem, videre
Solem desidero. At ille dixit, Domine, ut videam.
Audite N. quid Servator replicavit: Respice; sed
quomodo vult videat, si non habeat potentiam
ad videndum? prius necesse est, ut det illi posse
respicere; antequam actus videndi sequatur;
vel etiam Deus cæcitate, quæ est impedimen-
tum visionis tollere debet, ut actus secundus ha-
beat. Ah amor divinus, quo Redemptor erga
illam creaturam ferebatur, ordinem naturæ in-
vertit, & potentiam actui postposuit, & nec-
dum expulsâ cæcitate, eum videre voluit. Hinc
dicit S. Lucas: Confessum vidit, non ait, confes-
sum abstulit ab eo cæcitate, confessum dedit ei po-
tentiam ad videndum, sed confessum cadit supra vi-
dere, confessum vidit. Absque mora, ac dilatione
ullius momenti conspexit. Ingeniosa hæc specu-
latio divi Hilarii, ac Dionysii Carthusiani est:
In quo patet potestas, & magnificentia Salvatoris,
eius visionem mox sequebatur supernaturale esse
factus, tanquam potestatis miracula facientie; cui
secundum quod Deus est, & infinita potentia, com-
petit agere in instanti quando voluerit, sicque inter
ipsius dictum, & factum non extitit medium.

10. Quid inter filium Dei, ac Centurionem,
eujus servus, qui incurabili in valitudine preme-
batur, jam jurisdictioni mortis consignandus erat,
evenisse sanctus Marcus recenset, in men-
tem revocate. Accessit ad Iesum Centurio. Sed cur?
ut ei morbum periculosum servi indicaret? Euer-
meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur.
Hic sisto, ac eam solam infirmitatem proponete,
nec aliquam medelam flagitare observo: cur non
dicit, Veni, & impera infirmitati, veni, & sana.
Fortan nimium elatus erat: fortan dedignabatur
Christum minime, nam in persona propria ipsum

accessit. Accessit Centurio, & quamvis non-
li cum aliis misisse dicant, tamen ego credo
Divo Mattheo dicenti: Accessit Centurio. Vnde
sane eò magis duo verba addite, vel ut veniat,
vel ut suâ virtute, quam omnipotentem, ut
infinitam credebatur, sanitati eum restitueret, po-
terat. Ego cum non solum significasse morbum,
sed & remedium rogasse credo. Sed Chri-
stus, qui ejus cogitatus penetrabat, qui ejus
vota perspiciebat, ejus supplicium non respici-
vit, sed subito paratum, dicens: Ego veniam,
& curabo eum, se declarat: ac si dixisset, esto
nil aliud dicas, te intellexit, quid factu opus
sit scio, voti compos eris. Nota prescriptum Centu-
rii animum ad benefaciendum, & sanandum para-
lyticum, quo plus offeri centurioni, quam ipse
meret. Et sanctus Basilii Seleucienensis subnectit
quod beneficio preces anteverit, sed mihi necesse
satisfactum, & aliud dubium meati meæ ob-
ortur; Si Christus se venturum, ut eum e para-
lysi liberet, Ego veniam, & curabo eum, dixit
& cur postea non ixit? eigræque verbis suis non
stetit? eum impeditum ab ipso Centurione
dicente: Non sum dignus, ut intres sub tectum
meum, Respondere possit. Hæc verba reveren-
tiæ, modestiæ, ac humilitatis esse effectus suo.
Ergo ipsemet, sicut ipse centurio in persona
eum supplicaturus accessit, ire debuit. Dicit,
N. si Christus ipsemet ivisset, an non gratia ad
certum tempus, quod eundo consumpsisset,
fuisset, dilata: absque dubio, quia ut homo con-
potens erat, corpus à medio, ne in momento
ad terminum ad quem pertingat, detineret.
Quid ergo fecit Verbum incarnatum? non ixit
in propria persona, ne sanitate differret, & suâ
virtute ad eum conferendo, in instanti ad in-
firmum pervenit, & ideo sanatus est parvo
hora, imò verba do Dionysii Carthusiani, eodem,
ut puto momento, quo Christus verba hæc protulit, Centurio
vel quo centurio ea audivit.

11. Alias variis observationibus ex doctrina
sanctorum Patrum petitionem latronis, ac filii
Christi responsum ad eandem ponderavi-
mus. Alteram adhuc cujuslibet sensu inge-
niosam, ac mysteriorum audent. Hic milie-
rabilis, imò potius dixerim felix, & for-
natus, furcis deditus supremo vitæ momento
paradisum etiam elepete voluit. Sed ejus in-
cutionem, ac obsecrationem, quæ Christo fi-
lio Dei factus est supplex, attendite. Memorat, Luc. 23.
ait me dum veneris in regnum tuum. Vitam in-
ter, ac mortem degebat, & meo sensu testat

Dionys.
Carthuf.
in cap. 18.
Lucas. fol.
319. fac. 2.
E.
Et D. Hi-
larius a-
pud eun-
dem ibid.
Matth.
cap. 18.

plura qui, nisi vivat, vel factis concesserit, nescit, loquitur. *Memento*: an forsitan Deo memoria est facti laboris, ac laboris, ut tui, quid actum opus sit, in memoriam restituere debeas? mei, tui? si tui recordetur, necessario tua scelera vindicabit. *Dum veneris*. Ergo actiones Dei, quae tamen tempore non sunt inestimabiles, sed sunt supra tempus, tu tempori aliter vis? idcirco futura non longe abfuit, sed ei omnia obiecta praesentia sunt. In regnum. Vivens vasallus dicitur fuisse, & mortuus in regno caelesti dominari praesentis? mille inferos es promeritus, de sedne. *Regna*, regna, ac coronas speres? *Tuum*. An nescitis facere nationale, ex illo, quod totius personis individuum competit? nihilofecius, divinus crucifixus haec omnia curata non curat, libellum acceptat supplicem, gratiosum ac remittit recipit, & gratiam in illo tenore, ac circumstantia, ut audieris, concedit. *Hodie mecum eris in paradiso*; omnia bene, quia Deus ad hoc est benivolus, ac urbanus, ut devotè & suppliciter ad divinam pietatem confugienti nil detrahet. Sed illud *hodie*, non solum in speculationem, sed & in hupotem me agit. *Hodie* honoris responsum Christi latronis supplicae non congregate patem. Hic ait: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*. *Dum*, & Christus respondet *hodie*: *Hodie* quadraginta dies, post quos crucifixus Redemptor gl'ose suscitatus caelum subivit, connotat. Ac si dixisset: *Domine id gratia*, ut non *hodie*, sed post quadraginta dies regnum mihi largiaris caeleste obsecro. Hoc ego contentor. Christus vero jam latroni convertito bene affectus, mihi dicere voluisse videtur. *Cum veneris in regnum meum*. Et quò sit possibile, quod amor, quo erga te fecerit carum tempus, decus sum scilicet quadraginta dierum expectet? Non. Non, *amor non postulat in me*. *Hodie, hodie, non dum veneris*, sed *hodie mecum eris in paradiso*, hoc est, ut explant tanquam pater Augustinus, subito in istu occupatum caelum transtulit. Et dicit Ambrosius: *Hodie mecum eris in paradiso*; non in aliud differit tempus, sed in die alterum reseratur, ipsa hora, quae paradisu Deum suscepit, suscepit & latronem. Hic Ambrosius Praeful. Emittentur confirmat: *Hodie mecum eris in paradiso*, tanquam si diceretis: *Hodie me, si fidei manus comas*, & unicus tanti te-mporis in tempore exorandum putas, ut in diem iudicium meo memineris tui? quid me ad praesentem mundum paratum longe distimulas? quid in putans, quia fidei in te perfectam sanguis? *Hodie,*

hodie mecum eris in paradiso. Amor qui inter nos intercedit, nullam dilationem temporis, vel diei patitur. *Amor non sustinet moram*.
 12. Filium Dei resurrexisse res est certissima, & qui id negaret, ille unum mysteriorum principalium fidei nostrae inficiaretur, si Christus non resurrexisset, inanis esset fides nostra. Et revera hoc est certum; sed quoad tempus resurrectionis ejus difficultas movetur. Ille se per tres dies, & noctes tumulo conditum, declaratae Jonae exemplo confirmat. Sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic eris filius hominis in corde terrae. In corde, id est, in terra, hoc est in terra, sicut cor est in terra corpus hominis, quia Christus in cruce mortuus, quoad corpus positus fuit in sepulchro. Hic nil est quod replicem. Cardio in hoc velatur, quomodo per tres dies, & noctes sepulchro additus fuerit, quia quoad noctes ego duas, nempe illam quae immediate sequitur diem veneris, ac illam quae sabbatum (in fine enim hujus, & ortu diei Dominicae valde mane resurrexit) tantum numerat posse iudicio. Ergo sunt duae noctes, & non tres. Iuxta hunc computum duae tantum noctes reperuntur, quibus Christus fuit in sepulchro. Tres fuerunt dies, sed non totales. Idem ibid. & completi, nam tertius scilicet dominicus vix col. 2. osus fuit. Ideo dicunt scriptores; Tres hodie idem ibid. dies naturales accipere, non integros, sed partiales per synecdochen, scilicet partem ultimam diei veneris, totum sabbatum, ac partem diei Dominicae; nam illius Aurora abscessente resurrexit. Quomodo ergo dixit Ecclesia: Resurrexit sicut dixit? quomodo & Apostoli praedixerunt: Resurrexit secundum scripturas? varias responsiones Scriptores adducunt; nonnulli esse locutionem per periphrasim, ac dies esse naturales, & usuales volunt. Alii esse dies, ac noctes juxta morem Romanorum, qui testantibus Macrobio, Aulo Gellio, Plinio, A media nocte in aliam dies computabant, turn. asserunt. Et juxta hunc computum certum est, quod tres dies, ac noctes non fuerint completae, & ut auctoritas sanctus Augustinus, sanctus Hieronymus, Theophylactus, & Beda, est locutio per synecdochen, quae pars pro toto capitur. Vide D. P. Et si juxta doctrinam divi Thomae tribus noctibus, ac diebus tumulo recondi voluit, ut Manichaeos monstra haereticalia dicentes Christum non fuisse verè mortuum confunderet, eorumque errorem detegeret, en verba sancti: In hoc confunditur error Manichaei dicentis, quod non in veritate mortuus est. Ergo ut eos melius convinceret, Matth. fol. 38. col. 3. H.

Math. 11.
 Cornel. à
 Lapid. ibi.
 fol. 265.
 col. 1.
 Idem ibid.
 col. 2.
 Idem ibid.
 fol. 271.
 col. 2. C.
 Macrobi.
 lib. 1. Sa-
 Plin. lib. 2.
 c. 27.
 August. de
 consensu
 Evang.
 lib. 3. c. 24.
 D. Thom.
 in cap. 12.
 Matth. fol.
 38. col. 3. H.

Handwritten notes in red ink, including the word "LITURGIA" and other illegible characters.

tres dies, ac noctes totales in sepulchro transmittere debuit. Quis ergo resurrectionem Christi acceleravit, & terminum completam trium dierum ac noctium prævenit? ego amorem grandem, quo erga Discipulos ardebat, causam fuisse, ut dilationem impatienter ferret, nec cursum trium dierum, ac noctium præsolari posset, credo. Amor est impatiens mora. Discipuli mei afflicti, ac desolati sunt, visceribus meis hærent, quamlibet horam, ut eos videam, meoque aspectu confolet, mille annos reputo. Amor moram trium dierum, ac noctium totalium non patitur: tempus præscriptum præventionem truncare volo. Ab affectu, quo erga eos fero, cogi me, video. Amor non sustinet moras. Hinc Eusebius Galli-

Euseb. Gallie. l. 5. Bibl. PP. de symbolo hom. 2. fol. 554. col. 2. G.H.

canus: *Quid est quod dicit, tertia die resurrexit, cum sexta Sabbati die jam inclinante transierit, & Dominica nondum lucente surrexit, & solus dies Sabbati in medio fuisse monstratur.* Ah diutius moram trahere non potuit, ignaviaque frena rupit, & tempus trium dierum abbreviare voluit: *Verè ergo mortuus est, & verè post hoc abbreviatum tri-duum resurrexit.* Nil ergo miri, si discedens sanctè se brevi reversum Apostolis promittat; *Iterum modicum, & videbitis me.*

23. Nos qui tanquam Christiani ejus insistere vestigiis deberemus, quam longè non ab illo distamus? ille nos adeo tenetè amat, ut dum agitur de nostro bono, momentum differre non possit, & nos adeo in iis, quæ bonum animæ nostræ concernunt, ac in gloriam Dei redundant, desides sumus? id ex eo, quia animæ, ac amoris Dei non afficimur, oritur. Si Ecclesia sit adeunda, si ex officio Christiani mille auscultanda, homo ad id non posse induci videretur. Si religioso sit recitandum officium divinum, illud potius putridum, quam bene maturum Deo offerat, nec unquam hora bene agendi reperitur; sed si postea res sit de Dei offensis, de seclere aliquo perpetrando, potius hodie, quam cras illud opus agredimur. Et jure dici potest. *Cum Deus tam diligens sit ut nobis det bona, nos per oppositum diligentes sumus ad malum, & pigri ad bonum.* Vix Aaron à Domicellis Israeliticis fabricando vitulo torques, annulos petierat, ac illico omni auro se privantes illud ejus manibus configurant: *Fili Israel nondum Aaron verba finiebat, quando dederunt ei jocalia, & in aures ad idolum fabricandum.* At in gratiam Dei, pro sublevamine pauperum, nec obolus artis vilissimi erogatur. Et quot rogo non auri, ac argentei quotidie lumbus, vanitatibus, proflibulis impenduntur?

Didacus Stella in cap. 15. Luc. fol. 372. col. Idem ibid.

ut operibus virtutum nos demus, pedibus, oculis, & manibus caremus, sed ut vitia ac impuniti sensum nos impendamus Argi, atque hinc sumus: nulla est via tam ardua, ac difficilis quam non aggrediatur. Non sunt ei pedes plumbi, sed alati: *Veloces pedes eorum ad sfundendum jugum.* Et merito dici potest. *Imperat virtus, & dormimus, imperat vitium, & currimus. Faciles sumus ad vitia, & desides ad opera virtutum.* Vos si Deum amatis, bene operari non differite, sique ante hac fuistis inertes, nunc id emendate, ac corrigite, & hujusce rei hoc mane promittite in opibus JESU Christi elemosynam largiendo signum ostendite, & quietam.

PARS ALTERA.

14. SI generaliter ad opera pia in honorem Dei redundantia, orbis inertia, ac negligentia pius est; nihilominus plures se hinc manifestos negligentia declarant. En nam scripturam. Moyses, ut iusta legis observanda à Deo accepit, totam populum convocavit; & que eis promulgavit, & severè servari præcepit. *Assumenque volumen fœderis, legit audienti populo.* O quot sunt, qui ad præceptiones superentium caput movent, & recalcitrant? & nihilominus totus populus Moyses adeo numeratissus, & aliquot millenis coactans uno ore se paratos exhibeat, ac sub pœna offensæ divinæ, & Moyses disgratiæ incurrendæ, quacunque etiam ex necessitate se non transgressuros illa præcepta figurant. *Omnia que locutus est nobis Dominus, & faciemus, & erimus obedientes.* Septuaginta velut habemus qui in glossa interlineari legunt, *faciemus, & audiemus.* Hic modus loquendi dicitur Augustino nempe primo, *faciemus, & postea audiemus,* non placet. Audiri executionem præcedere debet. Prius lex sancti, deum legem, & jussa audire, postea in opus illa redigere oportet. Ergo dicere *faciemus,* & postea *audiemus,* ordo inversus est. *Cum videatur ordo populari audiemus, & faciemus.* Et quod magis demerit est, quod Divus Pater Augustinus Tò *audiamus* loco *intelligemus* substitutum esse asserat. Hæc ejus sunt verba: *Audiamus pro eo positum est, quod intelligemus.* Hæc ego non possum capere, quia experientia, & tota Philolophia mihi contrarium suadent. *Audire ad intellectum, facere ad voluntatem* pertinere res est certa. Cum voluntas sit cæca, ac debeat duci ab intellectu, hincque voluntati verum, & falsum, bonum, & malum prope-

proponere debeat, intellectus precedere debet. Hinc Aristotelis, ac omnium Philosophorum doctrina est. Nihil volumus, quod antecederet non fuerit in intellectu. Quomodo ergo bene precedat praecogitatum volito, ac facere audire? ni fallor, populus Moysi sedulo diligentem, & solemem obsecrationem, quo erga Moysen ducem suum, vel potius erga Deum ferebatur, à quo tot favores recitaret, contestati voluit, ut si res esset possibilis, primo mandata executioni daret, quam audire, ac intelligeret. Hic sanctus Pater Augustinus subnequit. Prius oportet verbis Dei reddere famulis servitutem, ut ad intelligentiam earum veniam, qua ipso praecipiente sunt merito devotio- nis, quae non contempta, sed facta sunt, ipse per-

11. In roborem cuiuslibet Christiani, qui in- cas, ac deses est, in via salutis, & servitio Dei co- noctatis loco, id, quod de Eliezer servo fideli Abraham Scriptura recenset, adducere volo. Deus iurejurando seni patri Abraham se unigeni- tum suo filio Isaac juveniculum, quae vultu cura venustatis flore certaret, in sponsam daturum promittit. Camelos plures instruit, ac nobilibus, & pretiosis muneribus ornat, atque in Mesopo- tamiam se cofert. Tulitque decem camelos de gre- ge Domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius por- tum secum profectus, qui perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor. Rebecca occurrit, ac videns cum non minori comitate, modestiaque, quam venustate praeditam, puellam Domino suo con- venientiore reperit non credit, illam alloqui- tur; animam suam ei aperit, multa regalia do- nat, gemmas, in aures, & torques aureas ei largi- tur, & domum ejus petens ab ejus parentibus illam in sponsam suo Domino Isaac filio magni

Abrahami rogat. Omnes petitionem non esse malam intelligunt, & dum audiunt, Rebecca domum divitem intraturam, ac dominam, & madominam futuram, tam bono matrimonio omnes nullo dempto consentiunt. Matrimonio contracto Eliezer se viae parat, ut Isaac lætus nuntius sit. Nemo erat, qui eum instanter deti- nere non peteret, sed ille iter non differre jam re- solvens ait: *Nolite me retinere, quia Dominus di- rexit viam meam, dimittite me, ut pergam ad Do- minum meum.* Ac si dixisset, ego libenter adhuc per aliquot dies vobiscum manerem, si reditus celerà dominis meis mihi non fuisset mandatus, tunc enim aliquam excusationem invenire pos- sem, sed quia Deus id iussit, ideo iter differre ne- queo: *Quia Dominus direxit viam meam, dimi- tte me.* Qui Deum amat, eique servit, ille ejus nu- tus sine morâ exequi, ejusque iussa de die in diem rejicere non debet. *Si ab hominibus meis fuisset di- recta via, morulus possem tui: At quia à Domino est directâ, necessum gressus maturare; in visis namque altissimo tarda nescienti molimina, qui celestia negotia negligenter agit.* In non procrasti- nandis divinis mandatis Eliezer vestigiis insistite. Et si servum imitari detrectatis; quin actiones Domini universi, qui, quia Apostolos tenerè amabat, reditum ad eosdem absque cun- ctatione promisit, sub oculos po- natis, reculare non debetis.

Mosisum & videbitis me. Et ite in pace.

Exod. 24. 26.
Anton. de Esob. in cap. 24. Exodi fol. 219. col. 1. v. 56.



D

DOMINICA

Handwritten text in red ink on the flyleaf, including the word "dominica" and some numbers.